

## Beihef

2

S 187

1292 Januar 11.

[57]

Rheingraf Werner, Ritter, verschreibt seiner Gemahlin als Heiratsgut 7 Fuder  
Weinrente zu Grach.

Nos Wernerus Ringravius miles notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod de consensu et voluntate reverendi in Christo patris, domini nostri B[odemundi] Trevirorum archiepiscopi, septem carratas vini nobis obligatas et designatas ab eo apud Grache pro ducentis libris Treverensium denariorum, in quibus idem dominus noster archiepiscopus nobis tenet, pro eo, quod eius fidelis facti sumus, sicut in litteris ipsius super hoc nobis traditis continetur, Hildingardi uxori nostre in donacionem propter nuptias sive in dotalicium necon et redditus seu proventus, quos nos comparare seu designare contingerit pro dictis ducentis libris, cum nobis de ipsis fuerit satisfactum, tenore presencium tradimus et libere assignamus. In cuius rei testimonium sigillum dicti domini nostri archiepiscopi una cum nostro sigillo presentibus est appensum. Et nos B., Dei gracia Trevirorum archiepiscopus, dictae donationi et traditioni consentimus et in huiusmodi testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo secundo, XI die Januarii.

Orig. Von dem 2. Siegel (Rheingraf) Rest erhalten; Kyburg Nr. 14. —  
Regest bei Goerz a. a. D. IV, Nr. 2115 (an falscher Stelle).